

De decollatione

exalabat. Secundo est immersus in pelagus infinite suauitatis. unde legitur quod beatus Bernardus ipsum vidit. de cuius ore rātus aquarū impetus eribat quod rotarū ecclesiam replebat augu. Nūc immersus in pelagus illud de quo dicitur in Psalm. Fluminis impetus letificat ciuitates dei de sua influentia nos irrigat et fecundat. Tercio collocatus est in culmine diuine maiestatis. unde cum quidam in ecclesia sancti petri pnoctans vidisset sanctū gregorium cum multis episcopis pcessiona liter incedentem interrogauit gregorium. Si inter eos augustinus erat. Et ille respondit Augustinū vix excellentissimū. de quo queris altior locus nobis tenet. Si mili modo de quodā in spiritu capto omnes sanctos in gloria pserpserit et augustinū minime videret. responsum est illi. Amice noli dubitare Augustinus refidet in excelsis vbi disputat de gloria excellentissime trinitatis. Quarto pstitutus ē in plenitudine potestatis. Psal. Introibo in potestatis dñi. Item idem. Potēs in terra seque videntū semen eius. beatus autē Aug. quem christus genuit p Ambrosij doctrinam et p baptismi gratiam et lachrymarū matris abundantiam. Et quod ipse est in tanta potentia pstitutus. ideo deuorōs sibi adiunare potest. sicut i multis patere potest quos a diuersis languoribus et affectibus liberauit.

In decollatione beati Iohannis baptiste. Sermo primus

Male tractauerunt eum qui a ventre matris psecratus est. ppheta. Eccles. xlii. legitur. Quāuis beatus iohānes ab utero mātis sanctus fuerit. A multis tamen male tractatus fuit. s. ab herode qui ipsum beatus iohannem in carcere decollauit. Ab herodiade que eius sanguinē sitiuit etiā male tractatus fuit a pharisais quorū cōsilio fuit

Iohannis Bap.

in carceratus. fuit etiā male tractatus a iuliano apostata qui eius ossa disperxit et ex parte combussit. Omnes enim isti phibati male tractauerunt eū in vita in morte et post mortem. Nam herodes et eius cōplices beatus iohannem male tractauerunt in vita. quia ipsum incarceratione et tñ ipse sic incarcerationē ostendit quo ad herodem magnam pstantiam. Unde super hoc ait Criso. ad quod herodes beato iohāni faciebat p iniuria ipse totum hoc suscipiebat p beneficio. et ira quod dei misericordia fouebat quia verum gaudium sanctorū ē exire de mundo. Ostendit quo ad christū magnam reuerentiam et amorem intum quod sciens se christi nunciū et famulum eū misit discipulos ad christū vt sciret si ipsum christū nunciare debebat inferre sicut nunciauerat supnis Quo ad discipulos ostendit magnam diligentiam. Quā Criso. Missus iohannes in carcerem nō de suo piculo sed potius d discipulorū salute sollicitus misit eos ad christum vt miracula sua viderent que tot fecit vt paucorū animas lucraret quia melior est apud deum vnus iustus quā totus mundus peccatoribus plenus. Ostendit quo ad semagnā sanctitatem et gratiam. quod mundum reputabat esse carcerē. Et in carcere esse reputabat fore paradysum. Crisost. Iohānes specie homo. gratia angelus. quia nihil carnis seu carnalitatis erat i eo nisi visio sola. Corpore tenebatur in carcere. animo autem in celo. Secundo male tractabant eum in morte. quia ipsum decollauerunt. Eius autem decollatio facta est p iusticie defensione. quia scilicet herodem d stupro arguebat. facta est cum multa sui deuotione. quia deo se recōmendabat. Unde canitur hodie. In medio carceris stabat iohannes et voce magna clamabat dicens. Domine deus meus tibi commendo spiritum meum. Etiam facta est cum multorum patrum qui erāt in limbo gaudio.

Unde legitur in euangelio michodemi qd ipse eis dixit. Ego sum iohannes qui crismum baptisauit et digito demonstraui. et descendendi nuntiare uobis. quod in primo uisibit. Facta est etiam cum mystica significatio. quam significatione beatus augustinus assignat dicens quod christus natus est eo tempore quo dies incipiunt crescere. Iohannes uero eo tempore quo incipiunt decrescere. christus fuit in cruce exaltatus. Iohannes fuit in capite minoratus. Per que datur intelligi quod fama iohannis decrescere debebat. fama uero christi crescere oportebat. Facta est etiam cum ecclesie ueneratione. quod quibus ad limbum descenderit. eius tamen passio celebratur. Eorum enim qui ad limbum descendunt quidam spectant simpliciter ad uetus testamentum. sicut abraham. dauid. et ceteri. et istorum solemnitas non agitur. Quidam uero spectant ad uetus testamentum quantum ad tempus. sed ad nouum quantum ad causam sicut pueri innocentes. et ideo propter causam eorum obitus celebratur. sed propter tempus alleluia subtrahitur. Iohannes autem spectabat ad nouum. et ratione cause. quod pro iusticia est mortuus. et ratione temporis. quod fuit finis ueteris testamenti et initium noui. et ideo eius obitus colitur et alleluia cantatur. Tercio male tractauerunt beatum iohannem post eius mortem. scilicet herodes caput eius in disco auferri faciendo quasi quoddam ferculum discumbentibus inde faciens et herodias corpus sine capite sepeliendo. timens ne ipse propheta resurgeret si cum capite corpus positu fuisset. Et iulianus apostata eius ossa dispergendo et in parte comburendo. et quod omnes isti beatum iohannem male tractauerunt. ideo a deo ipsi male tractati fuerunt. Nam herodes in exilium missus fuit. et ibi miserabiliter est mortuus. Herodias autem ut aiunt quidam cum caput beati iohannis manu teneret et sibi insularet. diuino iudicio in eius faciem insuffla-

uit. et illa subito mortua corruit. Puella autem dum super glaciem ludendo discurret. glacies sub pedibus eius frangitur. et illa sic miserabiliter suffocatur. Iudei a tyro et uespasiano fuerunt capti. et triginta pro uno denario venditi. Iulianus apostata celesti plaga percussus ab hostibus excoitatur. et de corio scabellum regi persarum efficitur. Quamuis autem iohannes sic fuerit male tractatus in uita. in morte. et post mortem. deus tamen in hoc triplici statu eum uenerabiliter tractauit. Nam in uita celestibus mysterijs interesse fecit. quod celos apertus uidit. uocem patris audiuit. spiritum sanctum in specie columbe asperit. filij diuinitatem agnouit. et sic tota trinitas uenerabiliter eum tractauit. Similiter et in morte. quod mors sua fuit ualde preciosa respectu dei. quod pro iusticia mortem sustinuit. respectu sui. quod precio sanguinis regnum celorum acquisiuit. respectu limbi. quia precolum nuncium patribus apportauit. respectu mundi. quod eius mortem uenerabiliter colit. Simili modo post eius mortem. Ipse enim dictus est patriarcha. propheta. apostolus. angelus. martyr. confessor. et uirgo. Et ideo in celo existens modo moratur in societate patriarcharum. modo in societate prophetarum. modo in ordine angelorum. modo in choro apostolorum. modo inter rosas martirum. modo inter uirgines confessorum. modo inter lilia uirginum et sic deinceps.

De eodem.

Sermo. ij.

Male tractauerunt eum qui de uero matris sue consecratus est propheta et cetera. Ecclesiastici. xlix. ca. In premisis uerbis quatuor ponuntur. Primo namque ponitur herodis crudelitas que iohannem crudeliter tractauit. Morandum quod aliquando mali male tractant malos. Proverbiorum. xij. Inter superbos sepe uirgia sunt. Aliquando mali male tractant bonos. Unde de hoc ait psalmista.

De decollatione

Persecutus est hominem inopem et mendicum. Aliquando boni pugnant contra malos. Unde **Psal.** zelauit super iniquos pacem peccatorum videns etc. Aliquando et boni contra bonos quando scilicet sunt imperfecti perfecti autem contra perfectos pugnare non possunt. **Ista** multiplex pugna potest inueniri circa beatum **Johannem**. Tunc enim pugnant mali contra malos scilicet **herodes et herodias** ex una hac parte. Et **philippus** cuius uxorem **herodes** abstulerat ex alia parte. Pugnant mali contra bonos scilicet **herodes et herodias** contra **johannem**. Et pugnant boni contra malos scilicet **johannes** contra **herodem et herodiam**. quorum vicia persequabatur. Pugnant et tunc boni inter perfecti contra bonos sicut discipuli **johannis** qui tunc pugnant contra discipulos **xpi**. Inter **johannem** autem perfectum et **christum** perfectissimum non potuit esse pugna. sed pax et amicitia perpetua. In hac autem pugna **johannes** non succubuit nec etiam cadere potuit. Primo quia firmissime stetit et fuit stabiliter fundatus super montem altissime trinitatis. quia et patrem cognouit in voce et filium in humana carne. et spiritum sanctum in specie columbe. Secundo fuit lapis quadratus. habuit enim temperantiam per quam sic abstinebat. fortitudinem per quam **herodem** sic arguebat. Sapientiam per quam populum sic instruebat. et iusticiam per quam coram **christo** sic se humiliabat. Tercio quia fuit cum **christo** forti vinculo amoris copulatus quam amicitiam in utero matrum praxerunt quando matres mutuo se salutarunt que nunquam intercipi potuit. nec in prosperis nec in aduersis. Secundo in **johanne** fuit magna sanctitas quod notatur cum dicitur. Ex ventre matris consecratus est. Ex illa autem sanctificatione accepit gratie repletionem. **Luc. i.** Spiritus sancto replebitur adhuc ex utero matris sue. Accepit etiam ex illa sanctificatione gaudiosam **xpi** cognitionem ibidem. cum dicitur Exultauit

Johannis Bap.

infans etc. Accepit in bono confirmationem **Mat. xlii. ca.** Sub tegumento manus sue prexit mercedem. Peccati purgator. **Mat. j.** Antequam exires de ventre sanctificauit te. Et propter ista eius natiuitas fuit miraculosa. Tres namque sunt natiuitates. Una quidem que fuit facta cum homine sine femina sicut fuit natiuitas **eue**. Alia est facta de femina sine homine sicut natiuitas **christi**. Tercia facta est de homine et femina contra solitum cursum nature sicut natiuitas beati **johannis** qui sine peccato natus est. Ibi etiam fuit triplex impedimentum. Unum fuit ex parte patris. scilicet senectus. Et ideo non poterat generare. et duo ex parte matris scilicet senectus et sterilitas. et ideo non poterat concipere. Tercio notatur similiter in beato **johanne** magna dignitas. in hoc quod dicitur propheta In omni genere creature **Johannes** semper dignioribus comparatur. Nam inter corporalia assimilatur corpori luminoso. sicut lucerne ardenti. Inter spiritualia assimilatur angelis qui inter spiritus rationales nobiliores sunt. Inter composita ex corpore et spiritu assimilatur ipse prophetis qui ceteris hominibus excellentiores sunt. Patet etiam in hoc dignitas ipsius quia ceteris sanctis **christo** primior esse videtur. **Christus** namque est verbum dei. **johannes** vero est vox dei. sed ceteri sancti sunt tuba dei. **Isa. viii. ca.** In gutture tuo sit tuba etc. **Christus** etiam fuit sponsus **Johannes** autem fuit amicus sponsi. ceteri vero sancti sunt serui sponsi. **Christus** namque fuit sol. et **johannes** fuit lucifer. ceteri vero sancti sunt stelle. **Baruch. tercio cap.** Stelle vocate sunt et dixerunt Assumit **Christus** fuit ignis ad **Debre. duodecimo.** Deus noster ignis consumens est. Et **Johannes** fuit facula ardens. **Ecclesi. xlviii. capitu.** Verbum illius quasi facula ardebat. ceteri vero sancti sunt scintille ignis **Sapientie. iij.** Fulgebunt iusti et tanquam scintille etc.

De decollatione

Christus fuit lux. et iohannes fuit lucerna lucens. ceteri sunt radij lucis. **Q**uarto ponit beati iohannis magna autoritas cum subdit. **E**uertere et perdere. et dissipare etc. i. viam domini preparare. que quidem via quatuor modis preparatur. scilicet fossa replendo. tumentia deprimendo. lapides et offendicula remouendo. et tortuosa rectificando. **I**sta quatuor tangunt. **I**saie gl. cap. **O**mnis vallis exaltabitur. et omnis mons et collis humiliabitur. et erunt praua indirecta et aspera in vias planas. **T**unc enim fossa replentur quando in precipitium desperationis lapsi in spem venie eleuantur. **E**t tunc tumentia deprimuntur quando per superbiam elati ad humilitatem reducuntur. **T**unc offendicula remouentur. quando omnia peccata abiciuntur. **T**unc vero tortuosa rectificantur. quando omnes intentiones nostre in deum diriguntur. **E**t quia iohannes est apud deum tante sanctitatis. dignitatis et autoritatis. manifestus est quod potest et scit ac vult nos iuvare. **A**d iuuat autem nos in triplici statu. scilicet in vita. **S**icut patet in longobardis quorum aduocatum se dixit. ut refert ipse paulus longobardorum hystoriographus. **A**d iuuat et in morte. sicut patet in sanctulo qui cum decollari deberet iohannes spiculatori spatam tenuit. ut dicit **Gregorius**. **E**tiam adiuuat post mortem. **S**icut patet in rege longobardorum in ecclesia beati iohannis sepulto. ut refert predictus paulus longobardorum hystoriographus.

Ecodem die.

Sermo. iij.

Herodes misit et tenuit iohannem et vinxit eum in carcerem. **I**n presentis euangelio tria de beato iohanne ponuntur scilicet incarceration eius. decollatio eius. et sepultura eius. **C**irca primum notandum quod multiplex est carcer in quo fuit iohannes. **P**rimus est carcer matrem

Iohannis Bap.

uteri. et iste fuit totus gaudiosus. **L**u. ij. **E**xultauit infans cum gaudio in utero meo. **G**audebat quidem de tanta virginis dignatione. quia matrem suam visitabat. de christi incarnatione quem in virginis utero esse incubebat. de sui precursione quam iam extunc inchoabat. **S**ecundus carcer est carcer proprii corporis. et iste carcer fuit totus speciosus. **S**ap. viij. **V**eni ad corpus incomminatum. **P**uritas enim beati iohannis post puritatem christi et virginis gloriose matris maior fuit. **I**storum triplex puritas significatur per tres lucidiores planetas. scilicet per solem. per lunam. et per luciferum. **P**uritas christi assimilatur soli. **P**s. **I**n sole posuit tabernaculum suum. **S**ed puritas marie lune. **C**an. vij. **P**ulchra ut luna. **P**uritas iohannis comparatur lucifero. **J**ob. xxvij. **N**unquid produces luciferum in tempore suo. **S**icut igitur in sole est lux fontalis. sic fontalis puritas est in christo. **E**t sic post solem magis lucet luna. sic post christum maior est puritas in virgine maria. **E**t sicut post solem et lunam lucifer magis splendet. sic etiam post christum et mariam iohannes ampliori claritate refulget. **T**ercius est carcer deserti. et iste fuit valde claritate penuriosus exterius. sed tamen fuit valde deliciosus interius. **Q**uamuis enim exterius ederet locustas tamen interius edebat delicias sempiternas. **E**xterius edebat mel siluestre. sed interius mel celeste. **I**taque exterius bibebat aquam materiale sed interius aquam spiritalem. **E**xterius vestitus erat pilis camelorum. sed interius indumentis virtutum. **I**pse exterius habitabat in deserto sed interius habitabat in celo. **E**xterius enim habebat societatem ferarum. sed interius habebat societatem angelorum. **Q**uartus erat carcer tyranni. id est herodis. **E**t iste fuit sibi valde graciosus. **Q**uia magna leticia et iubilatio fuit beato iohanni pro christo. ac pro iusticia carcerem sustinere. **F**uit namque incarcerationis pro triplici

De decollatione

veritate. scilicet p veritate iusticie quam
defendi debet quando dixit herodi. **N**ō licet
tibi habere uxorem fratris tui. p veritate
doctrine quam predicabat. **U**nd dicit io
sephus q herodes videns ad predicatō
nem beati iohānis magnam populi mul
titudinem puenire timens tumultum po
puli ipsuz incarcerationi fecit carceri man
cipari. **T**ercio p veritate sancte vite quā
tenebat. Sicut enim serpētes et bufones
odorem vinearū fugiunt et sicut noctue so
lis lucem declinant et aufugiunt. sic iudei
vitam beati iohānis imitari nō volentes
ipsum odiebant et arti demonū attribue
bant. **M**atth. xi. Venit iohannes nō man
ducans neqz bibens et dicunt demonium
habere. **Q**uintus est carcer limbi et iste car
cer fuit valde gratosus ei. quia sanctis
patribus gratosum encemū apporauit.
Erant nanqz in magna tristitia tum quia
dei visione carebant. tum qz ibi diu pmā
serant. tum qz demonū vicinitatem habebant.
Sed iohannes eis nūciauit q cito
lucem diuine visionis perciperent. **U**n **L**u
ce. i. Illuminare his qui in tenebris et c.
Quōd vltius in loco tenebroso non sede
rent. **U**nde subdit. Et in vmbra mortis
sedent. **Q**uod cito ad recedendum pedes
dirigerent. vnde subdit. Ad dirigendum
pedes nostros. Et q cito angeloz socie
tate gauderēt postqz pax inter ipsos et an
gelos facta erat. vnde subditur. In viam
pacis. **S**ecundo fit mentio de iohannis
decollatione. **C**irca qd sciendum q isti
beato iohanne fuit duplex caput. sc. corp
rale qd amputari potuit. **S**ecundū vero
caput. scilz supsubstantialiale amputari non
potuit. Caput siquidem corpale de corpe
amputatum fuit ab ipso herode. **M**agnū
siquidem pietatis genus q tantū et tam
sanctū caput amputatū fuit. **I**n quo si
quidem capite erāt illi beati oculi qui san
ctum spiritum in colūbe specie cōspexerūt
In quo erant ille beate aures que vocem

Johannis Bap.

dei patris audire meruerūt. **I**n quo fuerit
beati nates qui totiens fragrantiam xpi
senserunt. **E**t illa beata labia que totiens
testimonia ihesu christi protulerunt. **C**aput
autem supsubstantialiale dicit esse christus.
Et illud nunqz separari potuit. **S**ed p sen
sum et motum p ipsum et i ipso refulsit in
vtero et in mundo et mō in celo. **I**n vtero
per sensum quo eum cognouit. et motum
quo eum saluauit. **I**n mundo per ipsum
sensum fidei. et motū opatōnis bone. **I**n
celo modo influit sensum quo illuminat
in pfundam dei cognitionem. et motum
quo semp mouet in deum p intmū amo
rem. **T**ercio fit mentio de eius sepultura
cum dz. quo audito discipuli tulerūt cor
pus eius et sepelierunt. **E**t quis reliquie
eius ad diuersa loca fuerint translate nūc
autē ad Januā sunt venerabiliter tumu
late. vbi iohannes sepe potestatem suā
sup multis infirmitatibus quas sanauit
ostendit suam potentiam ostendit super
quatuor elementa que sepe compescuit et
immurauit. scilicet sup ignem. qui cum ia
nue magnus fuisset accensus reliquie op
ponebant et statim ignis euauit. **S**uper
aerem quia cum violētia venti naues in
portū confringeret. reliquie opponebant
et statim huiusmodi tēpestas cessauit. **S**u
per mare quando scilicet in diuersis navi
bus eius reliquie Januā deferri deberent
tanta in mari orta est tēpestas vt omnes
nausfragium formidarent. **R**euelatum ē
autem cuidam sacerdoti q si reliquie in si
mul reponerent magnā maris tranquilli
tatem sentirent quod et factum est. **S**up
terram quia cum siccitas magna esset re
liquie ipsius deferrebant pcessionaliter et
pluuie ceciderunt. et terra dedit fructum
suum.

De Natiuitate gloriosissime
Marie virginis